

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies tertius et quartus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1866

De S. Adaucto Martyre In Mesopotamia, Ejusque Filia Callisthene Virgine
Ephesi. Sylloge.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72907](#)

- A bb Matth. 10, v 21.
cc Joannis 14, v 29.
dd Psalmo 103, v 57.
ee Periodus Græca postrema huic Latine respondens sic habet: τῶν δὴ πραγμάτων ἐν τούτοις ὅτου, ἐφίσταται ὁ πατήρ ἐν ἑκείνῃ τῇ πόλει ἔρατώτας ἔχον πρὸς τὴν σύλληψιν τῆς Σίρας: Est autem etiam ad verbum ser illata in Sanctarum elogium, e Menzis supra huc transcriptum, uti insipient patescit.
ff Pro civitatis hujus notitia adi Commentarium num. 27.
gg Ita hic cælum vocatur per allusionem ad civitatis, e qua aut prope quam (vide Comment. num. 27) Sanctas ad cælestem patriam migrarunt, Hierapolis Græcum vocabulum, quod e vocibus iepōs, sacer, et πόλις, urbs, componitur.
hh Id creditur difficile, nec immerito, visum est Tillemontio: Qui tamen a Chrysostomo credi potuerit, Commentarii num. 28 edixi.
ii Quis verosimiliter sit fluvius, in quo Sanctæ se submerserint, et quo circiter loco id fecerint, Commentarii prævii num. 26 et 27 docui.
- B kk Verbis Latinis, quæ ab hisce vocibus, Subiectæ ascenderunt, huc usque sequuntur, multa iterum respondent Græca Chrysostomi verba, quæ in Græcum, quod Menzis suppeditant, Sanctarum elogium sunt illata. Res ex hujus cum illis collatione patescit. Verba Chrysostomi Græca describo. Sie habent: Ποταμὸς παρέρθει τὴν ὕδων ἑκείνην, καὶ ἡ ἐπαρχίας, καὶ λαζανῶν τοὺς ἔρατώτας ἔριστον μενόντος καὶ μεθύνοντος. . . . εἰσῆλθον εἰς τὸν ποταμὸν

AUCTORE
EX S. JOAN.
CHRYSOS.

μέσον, καὶ ἀφῆκαν ἔσυτας κατὰ τῶν ρευματῶν ἐκεῖνον.

ll Matth. 19, v 59.
mm Epist. ad Rom. cap. 3, v 6.
nn Epist. 1 ad Timoth. cap. 2, v 23.
oo Quod hic de calceamentis a Dominina ejusque Filiabus, quo militibus consulerent, in ripa fluminis relictis profertur, Tillemontio iterum Nota 4 in S. Pelagiam incredibile appetat, et sane non immetrito; verum vide Comment. præv. num. 28. Quod si porro quædam alia in hac Homilia, ad dogma etiam spectantia, forte occurrant, quæ spectatæ exactæ veritatis legibus, ipsa etiam S. Chrysostomi auctoritate viz admittenda appareant, quæque forsan etiam Nota 2 in S. Pelagiam Tillemontius designat, hæc ex stylo oratorio, quo Sanctus scriptis, excusationem apud æquos rerum judices invenient. Adde hæc iis, quæ Commentarii num. 10 dicta sunt.

pp Lique hinc, Christianos S. Chrysostomi tempore venerationem cultumque Sanctis impendisse, atque etiam eorum patrocinia implorasse, quod non nullorum hereticorum, Sanctos colendos imploransque negantium, opinioni penitus adversatur. Porro cum hac Homilia tota sit in laudem Sanctarum concinnata, argumento ejus æque accommodatum videtur, ut adhortatione ad Sanctarum cultum, quam ut documento morali terminetur. Ex eo ergo, E quod documento morali non terminetur, dubitare non debuit Tillemontus, an Chrysostomum vere habeat auctorem. Hoc addo iis, quæ Commentarii num. 10, huc etiam facientia, in medium adduxi

DE S. ADAUCTO MARTYRE

IN MESOPOTAMIA,

EJUSQUE FILIA CALLISTHENE VIRGINE

EPHESSI.

SYLLOGE.

C. B.

ANTE ET POST
ANN. CCXXIII.
Sancti in
variis sacris
Græcorum
Fastis annun-
tiantur.

Qui heri absque adjuncta sancta filia solis Menzis Græcorum excusis, et Menologio Sirletiano, hodie cum filia Callisthene iisdem Menzis, pluribusque aliis sacris Græcorum Fastis inscribitur. S. Adauctus. **F**uithinc a nobis is sanctus Athleta, non tam profana, quam secutus est, militia, quam fuso pro Christo sanguine illustris, ab hesterna ad hodiernam diem remissus, qua proinde de illo degue ejusdem sancta filia Callisthene, spectato, quo ad cælestem patriam migrarunt, tempore, agendum nunc est. A reliquis, quibus etiam ad hunc diem Adauctus una cum filia Callisthene inscribitur, sacris Græcorum Fastis incipio, infra etiam, an et qui sacri Latinorum Fasti Sanctos celebrant dicturus. Itaque Magnis Menzis excusis, in quibus hodie ex dictis Adauctus ejusque filia Callisthene celebrantur, accidunt Ms. Bibliotheca Ambrosiana Menza, Ms. Sirmondianum et Mazarinianum Synaxarium, itemque Basiliandum Menologium, studi et opera Eminenterissimi Cardinalis Annibalis Albani typis excusum. At vero, quod mirum forte videatur, Menologium Sirletianum, quod heri ex dictis S. Adauctum celebrat, hodie non tantum non hunc sanctum Martyrem, sed nec ejus filiam Callisthenem commemorat. Adhæ, quamvis in omnibus jam memoratis Fastis sacris Sancti ornentur elogis, sola tamen, quibus hoc in Menzis excusis et Menologio Basiliano fit, habo in promptu.

2 Quidquid adeo ad Sanctos pertinet, e solis fere duobus his posterioribus Fastis sacris, deficientibus cuiuscumque etiam alterius generis monumentis, explanabo. Quod ut præstem, a Menzis, et quidem a versiculis, quibus illa insuper Sanctos exornant, duco initium. Quatuor sunt numero, quorum duo solum

Adiectum, duo solam spectant Callisthenen. Prior ad diem præcedentem, quo Menzis excusis, ut jam monui, solus Adauctus absque Filia insertus est, ita habent:

Ἐπίστει θεού, Ἀδαικητε, μάρτυρος Κυροῦ,
Σὺν μάρτυρος ζήτε, καὶ Θεὸν ζῶντα βλέπεις.
Gladio moriens, Adaucte, martyr Domini,
Cum Martyribus vivis, et Deum vivum cernis.

Posteriores autem ad hunc diem, quo ex dictis Adauctus una cum filia Callisthene Menzis aliisque Fastis Græcorum sacris inscriptus est, his concipiuntur verbis:

Θεὸν θεωρεῖ κάλλος ἡ Καλλισθένη,
Οὐπέρ τὸ θεῖον εἶχεν εἰς σπεῖτην σθένος.
Dei contemplatur pulchritudinem Callisthene,
Cujus divinam in tegumentum habuit potentiam.
Tales sunt, quos de Sanctis nostris Menza excusa exhibent, versiculi. Ac illi quidem, qui de S. Adaucto sunt, in verbis; θνήσκω, morior, et ζέω, vivo, pugnantis significacionis ludunt, nullumque sibi habent subjectum elogium; hi vero, qui ad solam S. Callisthenen pertinent, ad Sanctæ nomen, Callisthene, ex vocabulis Græcis καλλίσ, pulchritudo, et σθένος, potentia, compositum, alludent, habentque sat proximum de ambobus Sanctis elogium sibi subjectum.

5 Hoc integrum, addita etiam, uti ad versiculos jam feci, interpretatione Latina, huc transcribo. Sie habet: Οὐραὶ ὑπῆρχεν εἰς Εφεσιον τῆς Ἀσίας. Οὓς καὶ δύος δουκῶν γεγόνος καὶ ἐπαρχίας Μαζεύμιον ἐν πλούτῳ καὶ συνέσει πολῶν * διαφέρουν. Διὰ δὲ τὸ μὴ * πολλῶν οἰλησαι αὐτὸν ἐκδύναται πρὸς γῆμον τὴν ἐκυτοῦ Συγκά-
τερος τῷ Βασιλεῖ, οἱ ἀλλοτροὶ τῆς πίστος, τὴν οὐαίαν ὅμιλούται, καὶ εἰς Μελιτιώνην ἐξορισθεῖς, τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεῖται. Ή δὲ Καλλισθένη τὴν κεφαλὴν κειραμένη καὶ ἀνόρθων σχῆμα περιβάλλομένη, ἐν Νικαιᾳ ἐκρύπτετο. Μετὰ δὲ χρόνους ὅκτω πρὸς τινὰ γνωτὰ

uti etiam Elo-

gium, Græ-

simil

καὶ

τὸν

χρόνον

AUCTORE

C. B.

πάντως

Ἄλθεν ἐπὶ τὸν Θράκην, ἡς ἡ θυγάτηρ τοὺς ὄφειλαμοὺς ἐλελόψθι· ἦν καὶ ισταμένην, χάριν τῆς ιάσεως πρὸς κοινονίαν γάμου οἱ τεκνότες ἀρμόσαι ταῦτην, ἀδρά πάντος * εἶναι οἰόμενοι, τῇ ίδιᾳ ἔβουληθησαν θυγάτρι. Ἡ δὲ ἀναγνωσθεῖσα, λέγε τὰ κατ' αὐτὴν, καὶ ἐκπλαγέντες, ὅπερ εἴνει, ἐδέσασαν τὸ Θέον. Τοῦ συν Μαξιμίνου ἀνατρέθεντος, κρατεῖ τὴς βασιλείας Λακίνου τούτον τὴν γυναικί πιστή οὖσῃ, ἀδελφὴ τοῦ μεγάλου Κονγαντίνου, ἐμαστίζεται ἡ Καλλισθένη καὶ ἐκπίθεται πάντα τὰ συμβάντα αὐτῇ. Ἡ δὲ προτλαμβάνει ταῦτην καὶ ὡς μητέρα καθέσαι τὸν ἑστήσαντο· καὶ σύντος ἡ μαχαίρα Καλλισθένη πάταν τὸν πατρινὸν οὐσίαν, ἢν ἀρέλειτο ὁ Μαξιμίνος *, ἀπολαμβάνει. Καὶ τοῦ δικτοῦ δεῖψαν τοῦ πατρὸς αὐτῆς ἀπὸ Μεσοποταμίας εἰς Ἀσίαν κυρίει, καὶ παρθένον ἐν ὄντυτοι αὐτῷ θεματικήν καθιερών, καὶ τὸ λειψόμενον τοῦ ἑστήσου ἀποσόλικῶς διακύπτασσον πρὸς Κυρίὸν ἐξεδήμησεν.

et Latine

* Μαξιμίνος

4 Hactenus Græcum Sanctorum elogium; accipe nunc et interpretationem ejus Latinam: Hic (Adactus scilicet) fuit ex Ephesiorum Asia civitate. Qui, cum opibus et prudentia multis praecellerebat, et dux ducum factus est, et Maximini prefectus. Quod autem Filium suam imperatori, utpote a fide alieno, in uxorem nollet tradere, honorum publicatione multatur, Melitinenque relegatus, capite truncatur.

B At vero Callisthene, detonsa coma sumptuo vi rili habitu, Nicomediae latuit. Post annos autem octo venit in Thraciam ad quamdam mulierem, cuius filia laborabat ex oculis; quam cum persassasset, sanationis causa voluerunt illam filie sue per nuptias jungere parentes, rati omnino virum, non feminam esse. Hæc autem compulsa, quæ ad se pertinente, exposuit, illique admiratione, ut par erat, defixi, Deum laudarunt. Maximino porro e vivis sublato, Licinius imperii habebas nactus est. Hujus uxorem, quæ Christiana erat, Magnique Constantini soror, accedit Callisthene, eiique, quæ, sibi evenerant, exponit. Illa vero hanc ad se recipit, filiique sui velut matrem constituit; atque ita beata Callisthene omnia bona paterna, quæ Maximianus * eripuerat, recuperat. Adhaec sacras Patris sui reliquias et Mesopotamia in Asiam reportat, exstructumque nomini ejus locum sacram consecrat, et cum reliquam vitam ad normam, ab Apostolis traditam, exegisset, emigravit ad Dominum.

C 5 Venio nunc ad id, quod Basiliandum suppeditat, Sanctorum elogium. Hoc ab elogio et Menœis excusis jam hunc transcripto, non parum dissonat. Res vel ex sola utriusque collatione patescat, quam ut quisque nullo queat facere negotio, illud etiam integrum, antequam, quæ ad Sanctos spectant, enucleatis discutiam, huc transcribo, uno cum nova, quam ei ipsem aplavi, interpretatione Latina, quod, quæ jam in excuso Basiliano exstat, ad amissum ubique textui Græco hanc congruat. "Ἀδονκτος δέ μάρτυρες ὑπὸρχε μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως Ἐφέσου. Επειγε δὲ τὸν τοῦ δουκὸς ἀξίαν ἐπὶ Μαξιμίνου τοῦ βασιλεύος, ἔχον καὶ θυγατρέα παρθένον καὶ εὐμορφοτάτην, Καλλισθένην ὄνυματι. Ἀκούσας δὲ ὁ Μαξιμίνος περὶ αὐτῆς, ἀπέσειλεν ἀλλεῖν αὐτὴν πρὸς αὐτὸν. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτῆς ἔκρυψεν αὐτὴν, φυγαδεύσας εἰς τὰ μέρη τῆς Αιγαίου. Ματὼν δὲ τοῦτο ὁ Μαξιμίνος, καὶ ὄργισθείς, ἐκράτησε τὸν Ἀδονκτον προφέσαι τοῦ χριστιανουμοῦ, καὶ δημάσιας ἐδέξιεν εἰς Μεσοποταμού, γράψας τῷ τῆς Μεσοποταμίας ἔρχοντι, ἀναγκάσας μὲν αὐτὸν θύσαι τοὺς εἰδόλους, μη πειθόμενον δὲ φρουρεῖσαι. Ὁ δὲ ἀρχοντος μὴ πείσας αὐτὸν ἀπεκφάλισεν. Εἴτα ἐτάρη παρὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς θυγατρός. Τῆς δὲ βασιλείας κρατήσαντος Λακίνου, προσῆλθεν ἡ Καλλισθένη τὴν βασιλίστην, καὶ διηγήσατο πάντα. Καὶ τῇ τῆς βασιλίδος προσάξει μετεκόμισε τοῦ πατρὸς αὐτῆς τὸ δεῖψαν εἰς Ἐφέσον. Εἴτα καὶ αὐτὴ καλώς βιώσας ἐτελεώθη.

* βιώσασα

6 Adactus martyr e civitate quidem Epheso oriundus fuit; sub Maximino autem imperatore ducis dignitatem obtinuit, habens et filiam, virginis venustissimam, nomine Callisthenen. At vero, cum de ea inaudivisset Maximinus, mandavit, ut ad se veniret. Ejus autem Pater in Orientis

partes amandatam occuluit. Hoc porro edictus D Maximinus atque iratus, Christianæ fidei obtentu Adactus apprehendit, honorumque publicatione multatum in Mesopotamiam relegavit, scribens Mesopotamia præfecto, ut illum quidem ad sacrificandum idolis compelleret; non obtemperantem autem occideret. Illum ergo præfector, cum sibi obsequentem non reddidisset, capite truncavit. Sepultus dejude est ab uxore sua, et Filia. Verum cum imperium adeptus esset Licinius, augustam adivit Callisthene, omniaque exposuit. Adhaec Auguste jussu Patris sui reliquias Ephesum transtulit, posteaque, vita probe traducta, extremum diem clausit. *Ite si habet, quod Basiliandum suppeditat, Sanctorum nostrorum elogium. Sunt porro tam ad hoc, quam ad aliud, quod e Menœis supra huc etiam transcriptum est, illustrandum nonnulla jam addenda in medium; ante tamen quam id præstem, lubet etiam, an et quibus sacris Latinorum Fastis Sancti nostri pariter inscribantur, nunc inquirere.*

7 Vix duos ex his reperire quivi, qui ambos Sanctoros nostros, aut saltem alterutrum extra omnem controversiam commemorent. Priori loco occurrit Martyrologium a Galesinio concinnatum. In hoc hodie Adactus annuntiatur, simulque sequenti, quod ex Basiliano huc jam transcripto contextum est, ornatur elogio: In Mesopotamia sancti Adacti martyris. Is civis Ephesinus, cum Callisthem filiam virginem, cuius forma et venustate captus turpiter Maximianus * imperator erat, occultasset, fugaque pudori consulens, in Orientis partes deducendam curasset, furenter ille iratus, hunc Christianæ religionis causa comprehensum in Mesopotamiam relegavit ad prefectum ea lege, ut, nisi ad idolorum cultum abduci possit, contrucidaretur. Beatus igitur Adactus, pro fide fortiter pugnam sustiens, capitis propterea damnatus, admirabilis virtute martyrii cursum consecit. Galesinio accedit, quod alterum est ex Hagiologis ambos Sanctos nostros aut saltem alterutrum hodie celebrantibus, Martyrologium Universale a Castellano confectum. In hoc Callisthene memoratur his verbis: Apud Graecos sancta Callisthene virgo. Verum cur solus absque filia Callisthene Adactus a Galesinio, cur sola absque patre Adactus Callisthene a Castellano annuntiatur? Cum ex Menologio Basiliano, in quo tam Callisthene quam Adactus hodie celebratur, Adactus secundum dicta Galesinius depromserit, divinare difficile est, cur hic martyrologio cum sancto patre Adactus sanctam Filiam Callisthenen haud junxerit.

E 8 Quod vero ad Castellatum pertinet, idcirco forsitan hic hagiologus solam hodie absque patre Adactus filiam Callisthenen memorat, quod ad diem præcedentem sanctum, cui Adactus nomen est, consignet, huncque forte eundem esse putet cum Adactus, S. Callisthenes, quam annuntiat, parente. Verum Adactus noster ab Adactus, quem ad diem præcedentem Martyrologio suo Castellanus inscribit, certissime est diversus, si, quod hic auctor de posteriori hoc Adactus censem, veritati congruat. Ait enim, Adactus, Martyrologio suo (Adi hujus Tabularum Hagiologicam) die præcedenti insertum, esse eundem cum Adactus, seu Adactus, Generali officiorum magistro et quæstore, quem ad septimam Februarii diem Romanum hodiernum, multique alii Fasti sacri concelebrant. Verum hic Adactus seu Adactus ab Adactus, S. Callisthenes patre, haud dubie distinguitur. Etenim hic Ephesi in Asia, ille in Italia natus erat; hic in Mesopotamia ense percussus, ille in Phrygia igne consumptus martyrii palman obtinuit. Castellanus ergo vel idcirco, quod die præcedenti aliquem Adactus celebret, solam hodie Callisthenen absque patre Adactus annuntiare non debuit, vel Adactus illum, quem die præcedenti celebret, cum Adactus, septima Februarii die Romano hodierno multisque alii Fastis sacris inscripto, perperam facit eundem.

F 9 Ut ut res habeat, duo euidem secundum jam dicta et Latinorum Hagiologis habemus, quorum alterum S. Adactus, alterum S. Callisthenen hodie a Rabano, certo

Galesinios
solam celeb-
rat Adau-
ctum.

* Maximinus

* Maximinus

una cum elo-
gio, quod
Basilianum
suppeditat,

C 5 Venio nunc ad id, quod Basiliandum suppeditat,

Sanctorum elogium.

Hoc ab elogio et Menœis excusis jam hunc transcripto, non parum dissonat.

Res vel ex sola utriusque collatione patescat, quam ut quisque

nullo queat facere negotio, illud etiam integrum,

antequam, quæ ad Sanctos spectant, enucleatis

discutiam, huc transcribo, uno cum nova, quam ei

ipse aplavi, interpretatione Latina, quod, quæ

jam in excuso Basiliano exstat, ad amissum ubique

textui Græco hanc congruat.

"Ἀδονκτος δέ μάρτυρες ὑπὸρχε μὲν ἀπὸ τῆς

πόλεως Ἐφέσου. Επειγε δὲ τὸν

τοῦ δουκὸς ἀξίαν ἐπὶ Μαξιμίνου τοῦ βασιλεύος,

ἔχον καὶ θυγατρέα παρθένον καὶ εὐμορφοτάτην,

Καλλισθένην ὄνυματι. Ἀκούσας δὲ ὁ Μαξιμίνος περὶ αὐτῆς,

ἀπέσειλεν ἀλλεῖν αὐτὴν πρὸς αὐτὸν.

Ὁ δὲ πατὴρ αὐτῆς ἔκρυψεν αὐτὴν, φυγαδεύσας εἰς τὰ μέρη τῆς Αιγαίου.

Ματὼν δὲ τοῦτο ὁ Μαξιμίνος, καὶ ὄργισθείς,

ἐκράτησε τὸν Ἀδονκτον προφέσαι τοῦ χριστιανουμοῦ,

καὶ δημάσιας ἐδέξιεν εἰς Μεσοποταμού, γράψας τῷ

τῆς Μεσοποταμίας ἔρχοντι, ἀναγκάσας μὲν αὐτὸν

θύσαι τοὺς εἰδόλους, μη πειθόμενον δὲ φρουρεῖσαι.

Εἴτα ἐτάρη παρὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς θυγατρός.

Τῆς δὲ βασιλείας κρατήσαντος Λακίνου, προσῆλθεν ἡ Καλλισθένη

τὴν βασιλίστην, καὶ διηγήσατο πάντα.

Καὶ τῇ τῆς βασιλίδος προσάξει μετεκόμισε τοῦ πατρὸς αὐτῆς

τὸ δεῖψαν εἰς Ἐφέσον. Εἴτα καὶ αὐτὴ καλώς βιώσας ἐτελεώθη.

huc transcri-
ptum.

Ratio, cur
forsitan id fa-
ciet posterior
hic hagiolo-
gus.

AUCTORE
C. B.

A certo annuntiat. Verum, an qui id ipsum faciant, alii præterea sacri Latinorum Fasti non sunt? His sane nec Romanum vetus ac hodiernum, nec Adonianum et pteraque alia minus antiqua Martyrologia Clas-sica accenseri queunt. Verum in Rabano, qui Adua-cum (quod etiam in nonnullis Hieronymianis Apo-graphis fit) pro Aduacto scribit, sequens legitur annuntiatio: Romæ Marcelli episcopi, et in Africa Audacti. Hunc porro Sanctum, quem in Africa ponit, indubie ex Hieronymianis hausit Rabanus. Etenim in nonnullis horum Apographis hodie Adauctus, vel, ut paulo aliter scribitur, Adaugus vel etiam Audactus cum aliquot aliis Sanctis vel in Africa vel in Africa civitate vel Carthaginæ annuntiatur. Ac mox quidem Luceuse apud Florentinum Apo-graphum, cui apud nos Mrl. reginæ Sueciæ, olim Fuldense, etiam consonat, Aduactum in Africa ci-vitate annuntiat. Verum Florentinus in sua obser-vatione ad hanc, quam e Luceensi Apographo aferit, S. Adauctum in Africa civitate annuntiationem veretur, ne pro Africa civitate reponendum sit Epheso civitate, sive Aduactum, hodie a Rabano et in Hieronymianis memoratum, ab Aduacto nostro non distingui suspicatur.

et in Hierony-mianis apo-graphis

B tamen in Menologio Basilii Aduactus martyr Ephesinus hac die laudetur, ejusque illustre certamen in Mesopotamia consummatum referatur, cumque is non modo civis Ephesinus dicatur, sed corpus ejus a Callistheno filia Ephesum reportatum narretur, veritus sum, ne pro Africa civitate reponendum sit Epheso civitate; ibi enim Aduactum Martyrem veneratum esse patet, ac deinde legendum: In Africa Maurisi, Restituti ac etiam Juli, ut habet M. Corbejense, in quo Aduactus inter Afri-canos Martyres non legitur; sicut neque in aliis codicibus Julius, Rabanus tamen Aduactum, ut vidimus, Africæ tribuit. Ita hactenus Florentinus, cuius mihi ita placet suspicio, ut hic in majori Lu-censi ejus Apographo cubare mendum, non tantum suspicere, verum etiam omnino credam. Quamquam enim (Adi ad vocabulum Africa Baudrandum) in Tunetano Africæ regno aliqua etiam, quæ modo Africa vocetur, civitas occurrat, illa tamen hujus, utpote quæ a medi etiam xvi scriptoribus Aphrodi-sium nuncupetur, appellatio minus antiqua est, quam sit mox Luceuse Florentini Apographum, nec alio uspiam, quæ similem appellationem vel nunc sortiatur, vel olim fuerit sortita, apud geographos nota est civitas, ac proin mendosa sane est hodierna Lucensis Apographi annuntiatio, qua in Africa civitate ponitur Adaugus seu Aduactus. Verum sine etiam in illa, ut Florentinus veretur, pro Africa civitate reponendum Epheso civitate?

hodie memo-ratur.

C 11 In antiquissimo Epternaciensi, uti etiam in veteri Divitiæ Augiæ Apographo hodie absque addito civitatis vocabulo Aduactus ita annuntiat: In Africa Aduacti. Idem fit ex dictis a Rabano, et in contractoru apud nos Richenoviensi Apographo. Hinc contendit potest, in hodierna Aduacti annun-tiatione, quam mox Luceuse Florentini Apo-graphum suppediat, dumtaxat redundare civitatis vo-cabulum, Africæ additum. Verum enivero in veteri Aquisgranensi Apographo Aduactus seu Aduactus nec in Africa, nec in Africa civitate, sed Romæ ponitur hoc modo: Roma nat. Marcelli episcopi, Aduacti. Hinc porro omnia prorsus jam memorata Hieronymiana Apographa, quæ alibi sepiissime deprehenduntur mendosa, mendi etiam hic, quantum ad locum, cui Aduactum adscribunt, vehementer habeo suspecta, ac proin, quamvis quidem in Lucensi Apogra-pho pro Africa civitate reponendum esse Epheso ci-vitate, evinci haud queat, sat tamen verosimile appareat, Aduactum, qui in Hieronymianis hodie annuntiatur, perperam in aliquot ex his, et a Ra-bano Africæ attribui, atque ab Aduacto nostro, in Mesopotamia passo, ac deinde Ephesum, qua etiam e civitate oriundus erat, a filia sua Callistheno trans-

Octobris Tomus II.

lato, non esse distinctum. Is adeo non tantum in supra memoratis Galesinii et Castellani Martyrolo-giis, ac proin in recentioribus Latinorum Fastis saeculi, verum etiam in antiquioribus, nimis in Hieronymianis Apographis, hodie etiam forsan cele-bratur.

12 Atque hi quidem Fasti sacri sunt, quibus forte Cum filiam Aduactus noster hodie etiam inscribitur. Quod porro suam Maxino, ad Callisthenen pertinet, certum apparel, eam non qui eam alii, quam jam supra memoratis, Fastis sacris in-scribi. Redeo nunc ad Sanctorum, quæ supra Graece simul et Latine huc transcriptæ sunt, bina elogia. Ex hisce, si modo Menza, Menologium Basilianum aliisque similia monumenta Graeca fidem sat certam mereantur, martyrii, quod S. Aduactus subiit, occa-sionem, tempus, locumque discimus, uti etiam quando-nam circiter S. Callistheno sacram Patris sui corpus e Mesopotamia, qua in regione is pro fide mortem oppeterat, Ephesum detulerit, felicique ac beato obitu vitam hanc mortalem cum immortali commutari. Rem dicende operient Maximinus, uti Menza fe-reunt, S. Aduactum, quod hic illi, utpote ethnico, Filiam suam in uxorem tradere noluerit, bonorum publicatione exsilio primo multavit, ac deinde capite jussit truncari. At vero Maximinus, ut Menologium Basilianum prodit, S. Aduactum, quod hic, quam ille ad se accersierat, filiam suam Calli-sthenen procul amandalam oculuerit, fidei obtenuit in Mesopotamiam relegatum, bonorumque publica-tione multatum jussit interfici. Menorum itaque narratio a narratione, quam Basilianum suppeditat, nonnihil hic est diversa. Secundum illam enim, at non item secundum hanc, Maximinus in uxorem voluit Callisthenen. Verum, ut id ita sit, non propterea tamen cum Menza pugnat Basilianum. Quamvis enim hoc nihil plane suppeditet, quod Cal-listhenen in uxorem a Maximino fuisse expetitam, exigit, nihil tamen etiam suggestit, quod aperte requirat oppositum.

13 Verum volueritne re ipsa Maximinus sibi in non quidem uxore dari Callisthenen? Quod eruditus de sanctis ut appareat, Martyribus, quas sibi in matrimonium postularint in matrimo-nium, sed, ut ipsimet tyranii, in monumentis non undeque sin-ceri ac fide dignis memoribz proditum subinde inve-niunt, commentis passim accensent. Hinc vereor, ne, ex effreni ab Eusebio

quod de S. Callistheno, quam sibi in uxorem expetie-ri Maximinus, in Menza, fide utique non unde-que dignis, narratur, commentis etiam sit accen-dendum. Fuisse nihilominus a Maximino in uxorem revera expetitam Callisthenen, non nemini forsan utcumque credibile appareat, quod S. Aduactus, ejus pater, prefecti seu ducis, aut etiam, si Menza recte notent, ducis ducum, id est, ut appareat, supremi ducis dignitatem, apud Maximinum obtinuerit, hic que proinde ducento Callisthenen, Aduacti filiam, contra dignitatem suam facturus fortassis haud fuisse. Verum, ut res hæc se habeat, a Maximino ad legitimum connubium expetitam fuisse Callisthenen, mihi equidem non sat verosimile appareat. Ea sedet sententia, quod Maximinus, qui ab anno 503 ad annum usque 513 in Orientis partibus imperii habe-nas tenuit, toto illo temporis spatio, quo ex dicendis, et quidem ante annum 512, S. Aduactum ob nega-tam filiam Callisthenen necavit, matrimonio, ut ap-paret, junctus fuerit. At vero, inquit, nihilne ergo sub Menorum narratione veri latet? Maximinus, utu matrimonio junctus, effreni, qua honestissimas quasque matronas nefarie corrupti, libidine exarsit. Intelligitur id ex hisce, quæ lib. viii Historia Ecclesiastice, cap. 14 Eusebius suppeditat, paucis verbis: Quid dicam de foedissima hominis (Maximi) libidine? Quid de innumerabilibus adulteriis? Neque enim per ullam urbem iter unquam fecit, quin mulierum stupra, et virginum rapitus in ea perpe-traret.

14 Huc etiam faciunt, quæ de Maximino pari-ter lib. de Mortibus persecutorum cap. 58 Lactantius et Lactantius commemorat. Illud vero, inquit, capitale et supra omnes, qui fuerunt, corrumperi cupiditas, quid dicam, nescio, nisi cæca et effrenata, et tamen his veribus

45 veribus

AUCTORE
C. B.
* exprimi

verbis exprimere* pro indignatione sua non potest. Vincit officium linguae sceleris magnitudo. Eunuchi, lenones scrutabantur omnia. Ubicumque liberalior facies erat, sedendum patribus ac maritis fuit. Detrahebantur nobilibus feminis vestes, itemque virginibus, et per singulos artus inspiciebantur, ne qua pars corporis regio cubili esset indigna. Si qua detrectaverat, in aqua necabatur, tamquam maje-
statis crimen esset. Sub illo adultero aliqui, constu-
pratis uxoribus, quas ob castitatem ac fidem cari-
simas habebant, cum dolore ferre non possent, se ipsos etiam necaverunt. Sub hoc ministro pudiciæ integritas nulla, nisi ubi barbaram libidinem deformitas insignis arcebat. Postremo hunc jam induxerat morem, ut nemo uxorem sine permisso ejus duceret, ut ipse in omnibus nuptiis prægusta-
tor esset. Ingenuas virgines imminutas servis suis donabat uxores. *Hoc Lactantii, qui, nonnullis deinde interpositis, cap. 59 ita insuper prosecutus est:* Denique cum libidinibus suis (*Maximinus*) hanc legem dedisset, ut fas putaret, quicquid concupis-
set, ne ab Augusta quidem, (*Valeria scilicet, Gá-
terii Maximiani, a quo in filium adoptatus fuerat,
relicta vidua*) quam nuper appellaverat matrem, potuit tempore.

*notata, Maxi-
mini libidini
verosimile
sit,*

13 Venerat post obitum Maximiani ad eum Valeria, cum se putaret in partibus ejus tutius moraturam, eo maxime, quod haberet uxorem. Sed animal nefarium protinus inardescit. Adhuc in atris vestibus erat mulier, nondum luctus tempore im-
plete. Legatis præmissis in matrimonio postulat, ejecturus uxorem, si impetrasset. Respondit illa libere, quia sola poterat, primo non posse de nuptiis in illo ferali habitu agere, tepidis adhuc cimeti-
ribus mariti sui, patris ejus; deinde illum impie facere, quod sibi fidam conjugem repudiet, idem utique facturus et sibi; postremo, nefas esse illius nominis ac loci feminam sine more, sine exemplo maritum alterum experiri. Nuntiatu homini, quid esset ausa. Libido in iram furoremque convertitur. Statim mulierem proscribit, bona ejus rapit, au-
fert comites, spadones in tormentis necat, ipsam cum matre in exilium relegat, nec in locum certum, sed hue atque illuc præcipitem cum ludibrio exturbat, et amicas ejus afficto adulterio damnat. *Cum itaque, uti ex Eusebii et Lactantii verbis hue jam transcriptis liquet, Maximinus etiam tum, cum matrimonio junctus esset, effræni admodum in mulieres alias fuerit libidine, fuisse ab illo ad illicitum nefariumque complexum seu concubitum expeditum Callisthenen, mihi admodum appareat credibile.*

14 *Et vero, cum saltem ex Menologii Basiliani narratione Callisthenen vel in matrimonium, vel in illegitimum concubitum expetiisse videatur Maximinus; hic autem ex dictis Callisthenen in legitimam coniugem, ut apparel, non desiderari, verosimile etiam apparel, fuisse re ipsa Callisthenen ad nefarium complexum a Maximino expeditum. Ut sit, Adauctus equidem, spectata tam Menæorum*

*ad illicitum complexum
expetebat,
crederetur
non nullus-
set, in Mes-
opotamia*

C

quam *Menologii* *Basiliani narratione, filiam suam* D *Callisthenen credere noluit Maximino. Hinc porro factum est, ut hic, qui in Valeriam, libidini sua* (vide *Lactantii verba proxime recitata*) *non obtemerantem, inhumanissime saeviit, Sancto nostro mi-* nime pepercerit. *Ac primo quidem hunc honorum publicatione multavit; deinde vero relegatum in Mesopotamiam, diuise sacrificare renuentem martyrio afferit. Aliud quidem Menæa, Melitenen relegatum fuisse Adauctum; verum id ita accipendum est, ut primo quidem Sanctus Melitenen, Armeniæ urbem;* deinde vero longius in Mesopotamiam missus fuerit. *Ita statuo; quod Adauctus in hac regione martyrium ense percussus consummarit; idque in ipsis Menæis, utpote Saneti corpus a Callisthenæ filia a Mesopotamia Ephesum fuisse translatum, diserte assertibus, sat aperte indicetur.*

15 Atque ita quidem martyrii, quod *Sanctus sub-
iit, non tantum occasionem; verum etiam palæstram
jam habemus. Enitanus modo, ut et epocham deter-
minemus. Maximinus, qui Adauctum afferit mar-
tyrio, imperii partim casare, partim Augustei habe-
nas ab anno 505, ut jam monui, ad annum usque
515 in Oriente tenuit, tuncque devictus a Liciniu-
miserrime interiit. Jam vero sancta Callisthenæ, si
modo vera narrent Menæa, octo ut minimum a Pa-
tris sui obitu annorum spatio sub virili habitu, ne E
Maximinus proderetur, latuisse videtur, ac proin,
cum ab anno 505 ad annum usque 515 anni dumta-
xat octo recesserit, fuerit verosimiliter S. Adauctus
anno circiter 505 Maximini jussu in Mesopotamia
gladio percussus. Porro, cum Licinius anno 515
rerum summa, devicto Maximino, anno 515 in
Oriente solus sit potitus, tuncque, ut in Basiliano et
Menæis refertur, sacrum Patris sui corpus S. Callis-
thene e Mesopotamia in Asiam transtulerit, cùtus
id quan anno 515 factum non fuerit. At vero, inquires,
an etiam serius hæc translatione non evenit? Serius
sane evenire potest; attamen haud serius verosimiliter
quam anno 518, quod anno subsequenti persecu-
tionem in Christianos moverit Licinius. Hæc sunt,
qua pro determinando tempore, tum quo martyrium
passus sit Adauctus, tum quo sacras ejus exuvias e
Mesopotamia in Asiam transtulerit Callisthenæ, in-
venire quivi. Restat nunc, ut quo circiter tempore e
vivis hæc excesserit, pariter edicam. Cum ex dictis
non ciuitus quam anno 515, ac forte etiam serius Pa-
tris sui corpus e Mesopotamia in Asiam, Minorem
scilicet, in qua sita est Ephesus, transtulerit, conse-
quens est, ut certe non ciuitus, a verosimiliter etiam
serius quam anno 515 mortalem hanc vitam cum
immortalis commutarit. Quapropter, cum simul ex
supra dictis S. Adauctus indubie ante annum 515
martyrio coronatus sit, supra in margine ante et
post annum CCCXII adscripti, volens scilicet indicare,
Adauctum quidem ante annum 515, Callisthenen
vero post hunc annum felici e vivis excessu migrasse
ad Dominum.*

DE S. DASIO

AXIOPOLI IN MOESIA INFERIORI.

J. B.

*Varia annun-
tiatio S. Dasii,*

Axiopoli, quæ *Masia Inferioris* op-
pidum fuit ad Istrum haud procul
Dorostoros situm, S. Dasium hoc die
codices Hieronymiani plerique an-
nuntiant, nullo facto indicio certo,
unde dignoscas, sitne ad confessio-
rum, an ad martyrum classem redi-
digendus. *Lucensis, quem Florentinius edidit, notis-
que illustravit, sic habet:* In Axio poli natalis sancti Dasii: ex iis vero, quos parte in tom. VI Junii
subjunxit Sollerius, ita habet Richenoviensis: Et in

Axiopoli, Dasii: *Augustanus monasterii S. Udal-
rici: Martii, Adaucti, Dasi, Marci. Labbeanus:
Marci, Adaucti, Dasii. Gellonensis ex editione Ache-
rii tomo XIII Spicilegii: Marci, Adaucta, Dasii:
Corbieense apud Acherium laudatum tom. IV: Et
alibi sancti Dasii. Barberinianus: In Axio poli na-
talibus Sancti Clasii. Hieronymianus accedit Marty-
rologium Aquisgranensis Ecclesiaz sub nomine Bedæ:
Romæ, inquit, natalis Marcelli episcopi, Adaucti,
Dasii. Martyrologium S. Germani Autissiodorensis,
tomo III Anecdotorum a Martenio editum; Marci,
Adaucti,*